

Wortlaut der Chronik bei aller Berührung mit A doch ab und an S, welcher aus der Quelle der Excerpte schöpfte, näher steht, als diesen. Man vergleiche:

A. 1016.	Chr. Amelungsb. p. 1073 ¹ .	S. 1015 ² .
. . Erat autem in loco illo homo pauper, nomine Gundelcarl, parvum ibi tantum habens tugurium, quo rex post venacionem venire solebat. Cui idem spe maioris mercedis focum parare, mensam preparare, cibos coquere etc. Qui [cum] nil mercedis consecutus fuisset per regem, tandem ipsius pedibus prosternitur etc. Ille, optione sibi data, nil aliud se habere aut petere dixit, quam ut mons sibi contiguus, qui Rammesberch dicitur, in beneficium daretur. Tandem rex montem ei dedit. Nec mora, homo ille Franconiam adiit — erat enim ipse Franco — et plures gentis sue socios secum sumens, locum Goslarie cum suis edificare cepit primusque venas metallorum cupri seu plumbi in monte sibi tradito repperit . . .	Erat eo tempore in isto loco homo quidam pauper, nomine Gundelkarl, parvum ibi habens tugurium, in quo rex post venationem venire solebat. Cui idem spe maioris mercedis focum praeparare, cibos coquere, ipsosque mensae regis, a venatu venientis, consuevit inferre. Quod cum crebrius fecisset atque suam substantiolam expendisset, regem, ut servitii sui memor esset, admonuit. Cui tandem rex optionem a se petendi dedit, quod vellet. Ille, optione sibi data, nihil aliud petit, quam ut mons contiguus, qui Ramesberg nunc dicitur, sibi tradatur. Rex, ut erat liberalissimus, concessit, dicens, se velle, quod utiliora sibi petiisset. Nec mora, homo iste non ignorans, quantum utilitatis mons haberet, Franconiam adiit, — erat enim Franco —, et plures gentis suae viros socios secum	Erat in eodem loco homo pauper, vite agrestis, nomine Gundelcarl, cuius tugurium rex post venationem intrare solebat; cui idem spe maioris mercedis focum et mensam preparare, cibos coquere et ei post laborem solebat offerre . . . Quod cum sepe faciens, substantiolam suam expendisset, regem, ut servitii sui memor esset, admonuit . . . Qui optionem quid vellet petendi illi dedit. Ille nil aliud se velle dixit, quam ut mons sibi contiguus, qui Rammesberch dicitur, in beneficium sibi daretur. Tunc rex liberalissimus, quae illi magis expedirent, petere iussit. Sed ille nichil aliud se velle affirmabat, forte non ignarus, quid utilitatis mons ille sibi conferre potuisset. Tandem rex victus inopportunitate hominis, montem concessit, dicens, se tamen

1) Nur verlegt der Chronist das Ereignis in die Zeit Heinrichs I.

2) SS. VI, 660.